



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De quatuor speciebus considerationum quibus spes adiuuari potest: quarum prima est in Deum: secunda circa quæ pro Deo agimus: tertia circa beneficia Dei: quarta circa suffragia Sanctorum. Cap. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

Sperat, si iustitiã nō timeat: & incassum meruit, qui nō confidit. Loco ergo pignoris mola superior aut inferior nō tollitur. Qui prädicat peccatori, tãta dispēsatione disponere prädicationē debet, vt non relicta spe timorē subtrahat: nec subtracta spe timorem relinquat. ¶ Item spes hostes nostros cōfundit. Iob. Confusi sunt, quia speraui. ¶ Sexto cōmendabilis est spes à periculo sui contrarij, scilicet desperationis. 2. Reg. 2. An ignoras periculosa sit desperatio? ¶ Desperatio periculum est à quo nō quæritur exitus. Pro. 18. Impius quum in profundum vitiarum venerit, contemnit, id est, ex toto se negligit. Sicut spes facit naufragus in medijs brachia iacet aquis: sic desperatio facit homo in nullo se iuuet. Desperans dicit malum verbum, & pugnè totaliter credit: vt pugil victus desperas infelix est. Sicut ille qui sperat in domino, beatus est. Eccles. 14. Felix qui non habuit animi sui tristitiã, & nō excidit à spe sua. Desperas est sicut arbor radicitus euulsa. Iob 19. Quasi auulsa arbori abstulisti spem meã. Desperatio abyssus est, à qua vix, vel nunquã est reditus. In Psal. Descendunt vsq; ad abyssos. Nulla plaga videtur esse magis desperabilis plaga desperationis. Ier. 15. Factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis. Cũ cætera peccata sint inflexiones cordis ad malũ, peccatũ desperationis fractura cordis est. Ier. 30. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua.

De quatuor speciebus considerationum quibus spes adiuuari potest: quarum prima est in Deum: secunda circa que pro Deo agimus: tertia circa beneficia Dei: quarta circa suffragia Sanctorum.

CAP. III

Sequitur de his quibus spes adiuuatur: & assimilabimus quatuor species meditationum quibus spes potest adiuuari. Prima species est directè in Deum. Secunda est circa ea que pro Deo agimus vel sustinemus. Tertia, circa beneficia Dei generalia vel specialia, corporalia, vel spiritualia. Quarta est, circa suffragia Sanctorum.

¶ Quod ex septem considerationibus in Deum spes adiuuatur. Speciem primam possumus subdiuidere in septem species. Quarum primã est in Deum inquantũ creator est. Naturaliter amat artifex opus suũ, adeo vt vix possit audire quod ei detraxerit. de verisimile est quod creator amet opera sua, & specialiter amicum, quem ad imaginẽ & similitudinem suam creauit. Ier. 1 Sap. 11. Diligis omnia que sunt, & nihil odisti eorum que fecisti: nec enim odiens aliquid constitui sti, aut fecisti. Sperare ergo debet homo de eo qui dedit ei, vt sit, & paratus sit

ei, vt bene sit. ¶ Secunda est in Deum, in quantum dominus est. Naturaliter amant homines ea quæ sua sunt, & conseruant ea: & si ea perdidissent, gaudent cum ea recuperant. Vnde verisimile est quod Deus velit conseruare illos qui boni sunt: & peccatores quos perdidit, velit recuperare. Ad quod pertinent parabola de recuperatione ouis perditæ & drachmæ perditæ. Lucæ 15. vbi dicitur: Ita dico vobis, gaudium erit in celo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis qui non indigent pœnitentia. Et Sap. 11. dicitur: Parcis omnibus, quoniam tua sunt. Et Ezech. 18. Ecce omnes animæ meæ sunt. Et quibusdam interpositis subditur: Nunquid voluntatis meæ est, dicit dominus, mors impij, & non vt conuertatur à viis suis, & viuat? Inter homines eandem fidem quam debet seruus domino, debet & dominus seruo. Sicut infidelis est seruus, si nõ subueniat domino, cum subuenire debet: sic infidelis est dominus, si non subueniat seruo, cum inimici domini impugnant eum, & non sufficit eis resistere. Ideo certissime sperare debet, qui ab hoste inuisibili impugnatur, si tētatio supra vires eius est, quod Deus ei in succursum veniat, nisi per culpam eius hoc steterit: vel quia ipse negligēs mittendo ei nūrium orationis fuerit, vel infideliter vltro se rediderit. 1. Cor. 10. Fidelis est Deus qui non patietur vos tētari supra id quod potestis: sed faciet etiã cū tētatione prouētum, vt possitis sustinere. Legitur de beato Martino, quod quum inter Alpes incidisset in latrones, & vnus latronum eum ferire velleret: alius iētum ferietis cōtinuit. Et cum postea latrones quærerēt ab eo an timuisset, dixit se nunquã magis securum fuisse: quia sciebat misericordē Deum maximè in tētationibus affuturū. Bern. Cū sentio te iratum, tunc spero te propitiū: quia cū iratus fueris: misericordię recordaberis. ¶ Tertia consideratio est cōsideratio bonitatis diuinæ: cui cum summa sit, summè placet bonitas, summè displicet malitia. Vnde verisimile est quod parata sit iuuare eos qui volunt malitiam deponere, & bonitati adharere. Sapien. 14. Odio sunt Deo impius, & impietas eius. Et Ecclesi. 12. Altissimus odio habet peccatores, Et Proverbi. 12. Qui bonus est, hauriet sibi gratiam à Domino. ¶ Quarta est cōsideratio misericordię diuinæ. Deus enim cū sit summè misericors, nõ minus vult miseros à miseria liberare, quàm ipsi liberari. Augu. loquēs de illo verbo, Perite & accipietis: Nõ tantū, inquit, hortaretur vt peteremus, nisi dare vellet. Erubescit humana pigrizia, pl⁹ vult ille dare, quàm nos accipere: plus vult ille misereri, quàm nos à miseria liberari. Mi-

196
 misericordia Dei quandoq; peccatori offert etiam quod peccato
 petere non audeat: vt ostendit Aug. in latrone qui domino an
 Memento mei quum ueniris in regnū suum. Luc. 23. Confite
 ratur, inquit, facinora sua: & pro magno habebat, si vel ei in ter
 spareretur. De his autē cōtinuō inquit: Hodie mecum eris in par
 ediso misericordia obtulit, quod in iustitia distulit. Aug. in li. Cō
 Domine vna est spes, vna fiducia, vna firma promissio miseri
 cordia tua! David: Domine in misericordia tua speraui. Item
 Melior est misericordia tua super vitas. Bernard. super Cant.
 Meum meritum, miseratio domini: nō plane sum meriti inop
 Quantū ille miserator affuerit. Tres alias species confidē
 tionis in Deū innuit Bern. in sermone illo: Misericordias do
 mini in aeternum cantabo. Tria, inquit, considero, in quibus tu
 spes mea consistit. Charitatem adoptionis, veritatem promissionis,
 potestatem redditionis. Idem: Scio cui credidi, & certus sum
 quia in charitate nimia adoptauit me, quia verax est in prom
 sione, quia potens in exhibitōe. Hic est funiculus triplex,
 difficile rumpitur, quē nobis a patria nostra in hunc caetero
 demissum firmiter obsecro teneamus, vt ipse nos subleuet, et
 trahat & pertrahat vsq; ad conspectum gloriae magni Dei.
 charitate adoptionis legitur. Ioan. 3. Videre quāle charitas
 dedit nobis Deus pater, vt filij Dei nominemur, & simus. Ma
 rī debet mouere homines ad hoc q; de Deo sperens, hoc quē
 Deus pater eorū est. Bern. loquens de Dominica oratione: In
 hi, inquit, dicitur oratio, cuius principiū dulce nomine patris
 nō sequentium petitionū obrincendarum praestat fiducia. Ergo
 Mart. sepe hoc nōmē, Pater. In hoc, inquit, datur fiducia,
 negabit filiis, qui iam dedit quod pater est. Et Luc. 11. Si vos
 filijs malis, non filijs bona dare filiis vestris, &c. quāto magis
 ter vestrae caelestis dabit spiritū bonū petētib; se? Ad hanc
 siderationē pertinet parabola de filio prodigo. Luc. 15. vbi filius
 ad patrem rediit, cum osculo & amplexu recipitur, solenne
 iuuium celebratur. Symphonia cum choro auditur, & subdit
 ter misericordia dūm: Et ulari & gaudere oportebat, quia frat
 tuus mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Ad
 de considerationē pertinet illud Matr. 6. Nolite solliciti esse
 cētes, quid māducabimus aut quid bibem⁹, aut quo operiemur
 scit enim Pater vester quia his omnibus indigeris. Quam
 ratio dicitur hominibus, vt prouideat fratrib; suis, & natura
 pater caelestis nō dedit filiis suis consilio eius & auxilio indige
 ra doceat animalia bruta, vt prouideat fratrib; suis, & natura
 ratio dicitur hominibus, vt prouideat fratrib; suis, & natura
 pater caelestis nō dedit filiis suis consilio eius & auxilio indige

...tibus. Promissiones etiam Dei, qui mentiri non potest, quia in scriptis
...tura continentur, multum possunt iuvare spem. David: Memori-
...es verbi tui seruo tuo in quo mihi spem dedisti. Rom. 15. Ut per-
...patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.
...item potestas Dei considerata multum potest spem iuvare: cui
...zque facile est liberare a magnis periculis, ut a parvis, & salua-
...re in paucis sicut in multis, & solo verbo potest implere pro-
...missiones suas. Eccl. 8. Sermo illius potestate plenus est. Considera-
...Quod ex consideratione bonorum que pro Deo facimus, & malorum
...que pro Deo sustinemus, spes adiuvatur. *Species. I.* Cuius
...sequitur de illa specie considerationis, que est circa ea que pro
...Deo agimus vel sustinemus. Bona opera que fecimus, considera-
...ta spem iuvant. Unde in Psal. Sacrificate sacrificium iustitie, & spera-
...re in domino. Sic potest homo sperare in domino, si sacrificium
...iustitie prius obtulerit. ad Tit. 2. Sobrie, & iusto, & pie vitam mor-
...tali in hoc seculo, expectantes beatam spem. Greg. in Moralibus: Sicut
...opus crescit, premij fiducia proficit. Securus est de re, qui bonum in
...pignus apud se habet. Sic securi sunt de regno futuro, qui habent ex-
...pignus spem scilicet. 2. Cor. 1. Qui dedit pignus spiritus in cor-
...dibus nostris. Ad Eph. 1. Qui est pignus hereditatis nostre. Iste in
...securus est qui habet bona opera, quasi quedam pignora. Greg. ad re-
...Moral. Sancti viri quot labores nunc veritati commendant, regni-
...cui habent, tot iam remunerationis sue pignora in terra sperant. Nam
...in causa tenent. Securus potest esse de regno futuro, cui iam in
...presenti datum est super seipsum regnare. Bern. Non est via ad re-
...gnum sine primitiis regni: nec sperare potest caeleste regnum, cuius
...non super propria membra regnare adhuc donatur. Mala. *Diamoli-*
...que pro Deo sustinemus considerata, spem adiuvant. Rom. 5. Et vires
...bulatio patientiam operatur: patientia probationem, probatio man-
...trem spem. Greg. in Moral. Bonorum mens, quo duriora pro veritate ac-
...tolerat, eo a eternitatis premia sperat. Ideo. Tanta spes in Deo possunt
...dior surgit: quanto pro illo quisque graviora pertulerit. Sicut. Viri sibi
...animi nunquam certam sui fiduciam dare possunt, nisi cum multas
...difficultates hinc, & illinc apparuerint, & aliquando propius laciones
...cesserint. Ille qui fudit sanguinem tuum, cuius dentes crepauerunt
...14. sub pugno, cum magna spe descendit ad pugnam, multum adire in sibi
...virt. lacessita. Certus est de requie, venalis est, qui periculum habet: quia
...apud se. Sic certus est de regno futuro, qui multas tribulationes
...pro Christo sustulit, quibus regnum celorum emittitur. Act. 14.
...Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum.
...Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam



ipforum est regnum calorum. ¶ Et notandum quòd quum bona quæ pro Deo agimus: vel mala quæ sustinemus, consideramus, ea Dei gratiæ attribuire debemus, exemplo Pauli dicitis 1. Corin. 15. Abundantius illis omnibus laboravi: nò ego autem, sed gratia Dei mecum.

¶ *Quod ex consideratione beneficiorum Dei spes adiunatur Species III.*

Sequitur de illa specie considerationis quæ est circa beneficia. Quæ possumus subdistinguerè in quatuor species. Prima est circa Dei beneficia generalia, & spiritualia: vt est redemptio mundi, & alia beneficia quæ ad salutem humani generis pertinent. Ad hanc considerationem pertinet illud Ro. 8. Qui proprio filio non peperit: sed pro nobis omnibus donauit illum: quomodo cum illo omnia nobis donauit? Et ad Tit. 2. Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate. Ber. Domine quid est homo quia innotuisti ei, aut filius hominis gasputas eum? Denique mittis vnigenitum tuum, immittis Spiritum tuum, promittis etiã vultum tuum. Et ne quid vacet in celestibus, abere sollicitudinis nostræ etiã illos beatos Spiritus propter nos mittis in ministerium. Item Ber. super illud Can. 2. Coluba mea foraminibus petra. Clauus penetrans, clauus referas factus mihi, vt videam voluntatem Domini: quod enim videam per foramen clauus, clamat vulnus. Idem: Pater arcum cordis per foramina corporis. Idem: Pater illud magnam pietatis sacramentum: viscera misericordie, in quibus visitauit nos omnes ex alto. Idem: quo clari quæ vulneribus tuis eluxisset: tu Domine suauitatis & misericors: maiorem enim miserationem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro addictis, & dānatis. ¶ Secunda consideratio est circa beneficia spiritualia particularia: ad quæ pertinet illud Bernardi super Cant. Omnino, inquit, propter mansuetudinem quæ in te predicatur, currimus post te Domine lesu: diētes quod nò spernas pauperem, peccatorem nò horreas: nò horreas confitentem latronem, non lacrymantem peccatricem, nò Chananaeam supplicantem, non deprehensam in adulterio, non sedentem in ierone, nò supplicantem publicanum, non negantem discipulum persecutorem discipulorum, nò ipsos crucifixores tuos: in celis honorum vnguentorum currimus. Tertia consideratio est circa beneficia corporalia generalia: vt est creatio mundi, gubernatio, & conservatio. Ad hanc considerationem pertinet illud Mat. 6. Respicite ventilia celi quæ nò serunt neque metunt, neque congregant in horrea: & pater vester celestis palcat ea: nòne vos magis plucis estis? Et post: De vestimēto quid solliciti estis: considerare lilia ag

&c. Quarta consideratio est circa beneficia corporalia, & spiri-
tualia, de quibus in scriptura legitur: vt est conseruatio trium
puerorum in fornace. Daniel. 3. Et liberatio Susuannę. eiusdē 13.

*¶ Quod ex consideratione meritorum, & suffragiorum sanctorum
spes adiunatur. Species 1111. Quę subdiuitur in alias quatuor
species considerationum.*

Sequitur de illa specie considerationis quę est circa merita
Sanctorum vel suffragia, quam in quatuor species subdiuidere
possumus. Prima est circa mediatorem Dei & hominum Iesum
Christum. Secunda, circa mediatricem, scilicet beatam virgi-
nem. Tertia, circa angelos. Quarta, circa sanctos.

*¶ Quod ex consideratione meritorum, & suffragiorum Christi spes
adiunatur. Species 1.*

Prima multum spem roborat, ad quam, pertinent authorita-
tes Sacrę scripturę. Bern. super Cant. Puto iam spernere me nō
poterit Christus os de ossibus meis, & caro de carne meā. Aug.
in lib. de Ciu. Dei: Gratia, inquit, Dei nō potuit gratius cōmen-
dari, quā vt ipse vnicus Dei filius in se incōmutabiliter manēs,
induerit hominē, & spē dilectionis suę daret hominibus, homi-
ne medio: quā ad illū ab hominibus veniretur, qui tā lōge erat
iustus ab impiis, beatus à miseris. Gre. Praebet apud Deū hominē
fiduciā Deus homo: est nobis spes magna pēnitētibus, quia ad-
uocatus noster factus est iudex noster. 1. Ioā. 2. Si quis peccauerit,
aduocatū habemus apud Patrē Iesum Christū iustū: & ipse
est propitiatio pro peccatis nostris. Ro. 8. Qui est ad dexteram
Dei: q̄ etiā interpellat pro nobis. Ipse secūdu q̄ homo, postulat:
secūdu q̄ Deus, dat. David: Accepisti dona in hominibus. Chri-
stus dicitur accipere dona in hominibus: quia merito eius dātur
ecclesię dona charismatū. Vnde ecclesia in fine orationū petit
orationem suam exaudiri per Dominū suū Iesum Christū. Et
ad Heb. 7. dicitur de ipso, q̄ in perpetuū saluare potest, accedēs
per semetipsum ad Deū semper viuēs ad interpellandū pro no-
bis. Eiusdē 9. Iesus introiuit in ipsum cælū, vt appareret vultū
Dei pro nobis. In Psal. Respice in faciē Christi tui. Respiciēs De-
pater, quā carē ecclesia cōstitit filio, suę parit ecclesię. Item
in Psal. Scitote quoniā mirificauit Dominus sanctū suum: Do-
minus exaudiet, me cū clamauero ad eū. Et super illud Psal.
Saluū fac populū tuū Domine. dicit glo. Ecce quanta spes cre-
dentū, cū pro eis orat passus pro eis, & iudex est, & aduocatus.

*¶ Quod ex consideratione meritorum & suffragiorum beata Vir-
ginis spes adiunatur. Species 11.*

Consideratio etiam mediatrix nostræ multam fiduciã potest nobis dare: ipsa enim est dulcedo, & spes nostra, vt canitur ecclesia. Ipsa est mater sanctæ spei. In ipsa est gratia omnis virtutis, & veritatis, & omnis spes vitæ, & virtutis. Eccl. 2. 4. Ad hanc considerationem, & ad præcedentem pertinet illud Ber. Securũ habet accessum o homo ad Deũ, vbi habes filium ante patrem, & ante filium matrem. Filius ostendit Patri cicatrices, & vulnera: mater ostendit filio pectus, & vbera, nec vlla potest esse repulsa, vbi charitatis occurrunt insignia. Beata virgo gratiæ thronus est, qua scilicet fons gratiæ quieuit. Heb. 4. Ad eam cum fiducia accedimus thronũ gratiæ eius, vt misericordiam consequamur. Iere. 17. Solium gloriæ tuę recordare, & ne irritum facias fœdus tuum mecum. Soliũ gloriæ est beata Virgo. Ipsa enim thronus eburneus est. De quo 4. Regũ 10. & 2. Paralip. 9. Ipsa est stella matutina. Luc. 1. Et nomẽ virginis Mariæ, quod interpretatur stella matutina. Ipsa naufragantes in mari huius mudi, cum aliud consiliũ auxilium deficit, ad portũ salutis dirigit. Sicut est quedã stella quæ nos naufragantes in mari visibili, cum tempus obscurum est, ad portum dirigit: Ber. super illud Euangelium. Missus est angelus Gabriel, si consurgunt, inquit, venti tentationũ, si incurris turbulenta tribulationum, respice stellam, voca Mariã. Et paulo post. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariã cogita, Mariã uoca: nõ recedat a corde, nõ recedat ab ore: & vt impetres eius auxilium, nõ deseras conuersationis exemplum. Ipsam sequens nõ deuias, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans nõ erras, ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa dante non fatigaris, ipsa propicia peruenis: & sic in temetipso experis quod merito dictum sit. Et nomen virginis Mariæ. Ipsa est mundus quasi aqueductus, per quẽ gratiæ a Deo descendunt. Eccl. 2. 4. Sicut aqueductus exiit a paradiso. Bernar. loquens de ipsa: Vehementia, inquit, desiderij, seruore deuotionis, puritas orationis fontem attingit pietatis, vt hauriat super angelos, & refunderet hominibus aquã viuam. Idem: Preterea tanto tempore fluentẽ gratiã defuerunt: quia nondũ intercesserat aqueductus. Ipsa est collũ, caput ecclesiæ, scilicet Christum, corpori cuius coniungens. Qui ipsi per amorem non adheret, nõ adhaerebit capiti: sicut nec corpus adheret capiti collo amoto. Cant. 6. Collum tuum sicut turris eburnea. Collũ est beata virgo quantum ad meditationem. Turris verò est quantum ad defensionem. Ipsa enim est virga directionis, errantes in via præsentis vitæ salubriter dirigens. Itẽ est virga in lignum clementiã vero A. Quero multum extenta

extenta
virga M
berans.
prouide
de ince
dium.
dit bea
quam h
peccato
expende
tores a
Augusti
tum au
mibi fa
tẽque n
habeas
enim n
stra red
cessariu
pro pecc
hers Sa
ga qua
di reden
est qua
at ipsa
lia Dei
laria su
binur i
Cantico
gens: lo
mortis.
est, lucẽ
nis. Lun
per alic
solicite
dignus i
lius Dei
habeys.
planeta
culo, lu
per ma

ducta po
 vt canu
 omnis vie
 hac eob
 uru habe
 e, & au
 era: ma
 isa, vbi ro
 nus est
 fiducia
 lere. 14. So
 s tuum
 nus ebu
 ella man
 ella man
 illu aur
 stella qu
 um est,
 est ang
 curris lu
 paulo p
 , Maria
 perres
 lam leq
 is no erro
 s, ipsa d
 plo exp
 a. Ipsa d
 le scend
 loquens
 is, putat
 angelis
 tato rep
 que duc
 oris eius
 erabit
 t. 6. Coll
 antu ad
 . Ipsa eni
 lubiter
 ueto m
 exten

extenta. Ester 4. Assuerus interpretatur beatitudo. Ipsa est etiam
 virga Moysi a Pharaone infernali, & eius exercitui Israelitas li
 berans. Exodi 4. Et cordibus aridis, & duris aquam deuotionis
 prouidens. Num. 20. Ipsa est virga de radice Iesse egrossa, id est,
 de incendio diuini amoris. Esa. 11. Iesse enim interpretatur incē
 dium. Ex magnitudine diuini amoris fuit, q̄ Deus mundo de
 dit beatam virginē, quæ occasione peccatorum habet gratiam
 quam habet apud Deum. Nūquam enim fuisset mater Dei, nisi
 peccatores fuissent: quia non fuisset necesse: ideo parata est eam
 expendere in peccatores. Vnde securè possunt accedere pecca
 tores ad eam tanquā ad suam quodammodo, quia sibi datam.
 Augusti. in oratione ad beatam Mariam: O maria, inquit, mul
 tum audeo, multum gaudeo, multumque gaudium multam
 mihi facit audaciam: mira loquar, sed sic est. Nos enim tibi
 reque nobis mira vicissitudo confederat: vt scilicet pro nobis
 habeas illud esse quod es: nos verò per te id esse quod sumus. Si
 enim nulla precessisset nostra transgressio, non esset secuta no
 stra redemptio. Et si necessarium non esset redimi, nō esset ne
 cessarium te parere redemptorem. Vt quid enim nesciū peccati
 pro peccatoribus paretes, si deesset qui peccasset: vt quid mater
 fieris Saluatoris, si nulla esset indigentia salutis? Ipsa est vir
 ga quæ florem nouum protulit, & fructum sufficientē ad mū
 di redemptionem, & ad electorum æternam refectionem. Ipsa
 est quæ mœstis consolationis vinum prouidet. Ioan. 2. Vinum,
 ait ipsa filio suo, non habet. Ipsa est Dei cellaria, de qua fami
 lia Dei meritò gaudet. Canticorum 1. Introduxit me rex in cel
 laria sua. Et subditur in persona fidelium: Exultabimus & leta
 bimus in te. Ipsa est aurora furibus infernalibus tremebunda.
 Canticorum 6. Quæ est ista quæ progreditur sicut aurora consur
 gens: Iob 24. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur vmbra
 mortis. Ipsa est pulchra vt luna. Cantic. 6. Luminare enim noctis
 est, lucēs eis qui sunt in nocte peccati. Ipsa est mediatrix lumi
 nis. Luna recipit lumen à sole, & dat mundo, cum mundus pro
 pter aliquod interpositum sibi, & soli, nō potest illud recipere à
 sole: sic beata Virgo lumen gratiæ recepit, cum mūdus nō esset
 dignus illud recipere. Bernard. Cum tu dignus non eras, cui fi
 lius Dei daretur, datus est Maria: vt per eā acciperes quicquid
 haberes. Ipsa propinqua valde est peccatoribus, sicut luna inter
 planetas propinquior est terræ. Pulchritudo ei⁹ est, vt pulchri
 tudo lune: quia his q̄ sunt in nocte peccati, pulchra apparet pro
 pter magnitudinē misericordiæ suæ: ad quā tales maxime ha

bent oculos. Ecclesiastici 24. Sicut oliua speciosa in capis. Cantatorum 4. Pulchriora sunt vbera tua vino. Bernardus in sermionibus: Nos quidem, inquit, in ceteris virtutibus congaudemus tibi: sed in misericordia tua potius nobis ipsis. Laudamus virginitatem, humilitatem miramur: sed misericordia miseris superius dulcius. Hanc amplectimur charius, recordamur sapius, et nobis magis inuocamus. Hæc est enim quæ totius mundi reparacionem obtinuit, salutem omnium impetrauit. Constat enim pro vniuerso genere humano fuisse sollicitam: cui dictum est, Ne timeas, Maria, inuenisti enim gratiam, quam quærebas. Quis ergo misericordiam tuam, o benedicta, longitudinem, & latitudinem, sublimitatem, & profundum queat inuestigare? Nā longitudo eius vixit in diem nouissimum inuocantibus eam vniuersis subuenit. Latitudo replet orbem terrarum, vt tua misericordia quoque super omnia na omnis terra. Sic & sublimitas eius ciuitatis supernæ in vniuersa restauracione. Et profundum eius sedentibus in tenebris, & vniuersis mortis obtinuit redemptionem. Per te enim calum impletum est, infernus euacuatus est, instaurata ruina celestis Hierusalem, expectantibus miseris vita perdata data. Sic potentissimam & piissimam charitatem, & effectum compatiendi, & subueniendi ad dat effectum æquè locuples in vtroque. Ad hunc ergo fontem abunda properet anima nostra, ad hunc misericordiam cum vniuersa tota sollicitudine miseria nostra recurrat. Idem: Sileat misericordiam tuam virgo beata, si quis est qui eam inuocat in necessitatibus sibi meminere defuisse. Misericordia eius non defuit etiã Theophilo. ¶ Fuit Theophilus in quadam vrbe Siciliæ tam prudenter, & vtiliter res ecclesiasticas dispensans, quod post mortuo episcopo dignum episcopatu omnis populus acclamauit. At ille contentus vicedominatu alium maluit ordinari episcopum: à quo ab honore suo iniuste depositus, ad tantam patientiam deuenit, vt conducto quodam Mago Hebræo ad recuperandū honorem suum, opem quæreret à principe demoniorum. A quo iussus est negare filium Dei, & matrem eius cum proposito Christiani: & ipsam abnegationem scribere, & sigillatam tradere, & sic eius seruitio se addixit. Qui in crastinum recuperato honore suo, non multum post ad se reuersus in ecclesia beata Mariæ omni pœnitentia se affligendo, primo sibi per Dei matrem reconciliauit, eaque sibi apparente abrenuntians ex bolo, Christumque verum filium Dei, & ex Mariæ virgine partum. & omne Christiani propositum profitens, per eam gratiam Christi filij eius gratiam recuperauit. Et ad iudicium indultus

sibi veniæ rursus ei dormienti apparens Christi mater, etiam scriptum abrenūciationis, quod signatum diabolo dederat, super pectus eius reposuit. Quo Theophilus recepto, in crastinum die Dominica coram episcopo & omni ecclesia pandens ordinem rei, omnes ad stuporem, & laudem Dei & genitricis Christi Mariæ commouit, & in eodem loco quo sibi pia virgo apparuit, perstans, ibidem post triduum mortuus est, & sepultus. Item beata Virgo est electa vt sol. Cantico. 6. Sicut enim sol est luminare, par sibi non habens, toti mūdo sufficiens, sic beata virgo nec primā similem visa est, nec habere sequentem. Ipsa luce fulgore miraculorum vbiq; terrarū: non sic alij sancti qui aliquot annis post transitū suum fulserunt miraculis: & hoc in specialibus locis. Suffragia verò beatæ virginis vsque in diem iudicij non cessabunt. Ecclesiast. 24. Vsque ad futurum seculum non desinam. Ipsa est terribilis hostibus infernalibus, vt castrorum acies ordinata. Cantico. 6. Ideo fideles in tentationibus suis frequenter debent eā inuocare. Non sic timent hostes visibiles quālibet multitudinem copiosam, sicut aëreæ potestates Mariæ vocabulū patrociniū & exemplum. Fluunt & pereunt sicut cera à facie ignis vbiunque inuenerint huius nominis crebram recordationem, deuotā inuocationem, sollicitā imitationē. Ipsa est mulier conterens caput serpētis infernalis. Gen. 3. Sed sunt qui videntur velle quòd ipsa cōterat caudā, qui nō in principio tētationis eam inuocāt. Ipsa est arca testamenti. Exo. 25. In hac arca posuit Deus thesaurum quem mundo contulit. Ad hāc arca recurrit ecclesia in necessitatibus suis. Ipsa est arca non solum plena, sed etiam superplena. Ber. super illud, Spiritus sanctus superueniet in te. Cur in eam, inquit, iam plenam superuenturum asserit Spiritum sanctum, nisi vt adueniēte Spiritu, plena sibi, ipso quoque superueniente, nobis superplena, & superfluens fieret? Ipsa præter coronam quam sibi meruit, meruit etiam peccatoribus ad eam recurrentibus propitiationem. Vnde super coronam arcæ fuit propitiatorium. Ipsa est mulier gratiosa inueniēs gloriā his pro quibus eam quærete voluerit. Prouer. 11. Ipsa etiam est mulier bona: de qua Prouer. 18. Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonū: & hauriet incunditatem à Domino. Antequā ipsa esset, magna fuit penuria bonorū spiritaliū in mundo. Eccl. 36. Vbi non est mulier, ingemiscit æger. Ipsa est mater non solum filij Dei naturalis, sed etiam omnium filiorum Dei per gratiam. Vnde quod Dominus dixit discipulo quē diligebat de ipsa, Ecce mater tua, Io. 19. intelligendū est de quolibet

quolibet quē Christus diligit. Et Cant. 8. mater vocatur: Quia mihi det te fratre meum, sugentem ubera matris meae: scilicet Mariae. Ideo frequēter dicendū est ei illud quod cātat ecclesia. Mōstra te esse matrē. Indigebat mūdus matre propter prauitē pusillanimitatis & defectuū multiplicitatē. Ipsa adiutrix est pusillanimum. Vnde dicit ei ecclesia, Iuua pusillanimes. Nō timere pusillus grex: quia complacuit matri vestrā dari vobis regnū. Ipsa est mater misericordia. Ber. quando misereri nō poterit mater omnipotētia? quādo misereri nolet mater misericordia? Idem: Reuolue totam seriem euangelij: & si quid aliquid, si quid durū inueneris in Maria, deinceps eam suspectā habeas, & ad eam accedere verearis. Ipsa est mater pulchritudinis. Eccles. 24. non amans filios suos fatuo amore, vnde quā matres faciunt. Omnes filios Dei qui sunt in mundo in quāsi gestat in visceribus pietatis, exhibēs eis vbera cōsolationis: Canticor. 3. Pulchrā sunt māmē tuā. In eodem, Pulchrā sunt vbera tua vino. Sicut Christus est ostium regni caelorum. Io. 10. ita ipsa est fenestra ipsius. Vnde cantat ecclesia, Intrens astra flebiles, caeli fenestra facta es. Ipsa figurata est per fenestram arcā, quā Hebraei dicūt fuisse crystallinā, per quā habuit trās colūba quae cessationē diluuij indicauit, & spem salutis attulit. Item ipsa est fons terram ecclesiae irrigans & fēcundā reddens. Cantic. 4. Fons hortorū, &c. Fons in vallibus inuenitur: & beata Virgo humilibus est familiaris: Loca fonti vicina, florida florēte & viridia: sic familiares beatā virgini florēt virtutibus, virent bonis operibus. Eccl. 40. Super omnem aquā viridit.

Quod ex consideratione meritorum & suffragiorum angelorum spes adiunatur. Species III.

Sequitur de illa specie cōsiderationis, quae est circa angelos ad quam pertinent illa verba Sacrae scripturae, quae nobis indicant benevolentiam vel beneficentiam angelorum, vt est in Luc. 15. Gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore poenitentiam agente. Et illud Psal. Angelis suis Deus mandauit de te; vt custodiant te in omnibus viis tuis. Bernardus loquitur de hoc verbo, Quantam inquit, debet tibi hoc verbum in reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam: Reuerentiam pro praesentia, deuotionem pro benevolentia, fiduciam pro custodia. Idem: Quid sub tantis custodibus timeamus? superari nec seduci? Minus autem seducere possunt. Fideles sunt, praesentes sunt. Quid trepidamus? tantum sequamur, adhaeremus eis, & in protectione Dei caeli cōmorabimur. Hic

Magna
natiuita
de illo v
custode
storu
angel
perrinet
illis ist
qui in c
fortij spi
ditatem
meum o
tum qu
biscum.
Tobia,
tum ef
fium a
tur cum
mater e
de celo
Quo
San
Sequit
ad quam
tere. Et
auxilior
Tria sun
tate deb
nostram
ante fac
tus est
quanto
trem: c
sed aug
dix, qu
Cantic.
to in m
to in ip
charitas
in patri
est in Si
Mag

Magna est dignitas animarum, ut vnaquæque habeat ab ortu
natiuitatis in custodiam sui angelum delegatū. Bernar. loquens
de illo verbo Esa. 62. Super muros tuos Hierusalem constitui
custodes. Benignus es, inquit, Domine, qui non es contentus no-
strorum fragilitate murorum: sed ipsis hominum custodibus
angelicam custodiam supponis. Ad eandem considerationem
pertinet illud Matthæi 13. Videte ne contemnatis vnum ex pu-
sillis istis: angeli enim eorum semper vident faciem patris mei
qui in cælis est. Item illud Hebr. 11. Nonne omnes administra-
torij spiritus sunt in ministerium missi, propter eos qui here-
ditatem capiunt salutis: Et Exodi 24. Ecce ego mitto angelum
meum qui precedat te, & custodiat in via, & introducat ad lo-
cum quem paraui. Et Tob. 5. Angelus Domini comitetur vo-
biscum. Eiusdem 12. Quando orabas cum lacrymis, ait Angelus
Tobiae, ego obtuli orationem tuam Domino. Et Lucæ 16. Fa-
ctum est ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in
sinum abrahæ. Et Apocal. 12. Michael & angeli eius præliaban-
tur cum dracone. Bernard. super Cantic. Bene tecum agitur, o
mater ecclesia: bene tecum agitur in loco peregrinationis tuæ:
de caelo & de terra venit auxilium tibi.

*Quod ex consideratione meritorum & suffragiorum aliorum
sanctorum & sanctarum spes adiunatur. Species IIII.*

Sequitur de illa specie considerationis quæ est circa sanctos,
ad quam pertinet illud Iob 4. Ad aliquem sanctorum conuer-
tere. Et illud Psal. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet
auxilium mihi. Montes spirituales, sancti sunt. Et illud Bernar.
Tria sunt quæ in festiuitatibus sanctorum vigilanter conside-
rate debentur. Auxilium sancti, exemplum eius, confusionem
nostram. Auxilium: quia potens in terra, potentior est in cælis
ante faciem domini Dei sui. Sic hic dum adhuc viueret miser-
tus est peccatoribus, & orauit pro eis: nunc tanto amplius,
quanto verius cognoscit miseras nostras, orat pro nobis pa-
trem: quia beata illa patria charitatem eius non immutat,
sed augmentauit: & nunc induit potius sibi viscera misericor-
diæ, quam ante fontem misericordiæ assistat. Bernard. super
Cantic. Non ambigo ego, quin Apostoli & apostolici viri, tan-
to in morte potentius sponsam protegant & custodiant, quan-
to in ipso amplius confortatus est principatus eorum. Cum
charitas sanctorum in via modica sit respectu charitatis eorum
in patria: secundum illud Esaïæ 31. Dixit dominus, cuius ignis
est in Sion, & caminus eius in Ierusalè, verisimile est quod car-

Esti, qui in hoc mundo tantum amauerunt peccatores, quod pro salute eorum se morti exposuerunt, multi sunt parati iuuare eum modo in his quæ ad salutem eorum pertinent, nisi per culpam eorum steterit. Vnde multam deberemus habere fiduciam in eis, & specialiter in illis quorum pietatis plura argumenta habemus, sicut in illis qui in hac vita mortali leguntur fuisse eminentis pietatis: vt de beato Nicolao legitur, quod erat vnde de compariens, & super afflictos pia gestans viscera. Et beatus Martinus diuinitus pallium pauperi, & in illis qui morte imminente petierunt Deum propitium fieri his qui memoriam eorum agerent: vt beata Catherina quæ Christo ait: Fac misericordiam meam agentibus memoriã. Et in his de quorum tumba manna oleum ad iudicium pietatis eorum: vt de tumba beati Nicolai & de tumba beata Catherina.

De his quæ aduersantur fidei, scilicet desperatione & confidentia in creaturam: & de causa desperationis. CAP. IIIII.

S. Pei verò videntur aduersari, diffidentia de Deo siue despectio, & confidentia in creatura. ¶ Desperatio hominè reus maledictum, & protectione Dei indignum. Eccl. 2. Vx dissolutus corde, qui non credit Deo, & ideo nõ protegetur ab eo. Desperatio est similis Cain: caput cordis habet tremulũ, vagus & peragus est, à procella tetrationis, à terra viuẽtũ proiectus: eo quod non habet ancorã spei qua retineatur. ¶ Desperatio est peccatum in Spiritũ sanctũ. Vnde super illud Gen. 4. Maior est iniquitas &c. dicit gl. Desperatio est blasphemia in Spiritũ sanctũ, quæ non remittitur neque in hoc seculo, neque in futuro: quia putat Deum nolle dimittere, aut non posse: tãquam aut omnipotens non possit, aut inuideat saluti. De desperatione require super in cap. de Commendatione spei, in fine. Et in tractatu de Accusatione secunda parte. cap. 15. ¶ Confidentia verò in creatura triplex est. Prima est præsumptio siue confidentia de se. Secunda confidentia in homine. Tertia confidentia in re inferiori homine: vt in diuitiis. De prima dicitur Prouerb. 28. Qui confidit in creatura suo stultus est. Verè stultus est homo de se præsumens, cum in se ipso mo ex se non sufficiat, neque ad subsistendum, neque ad viuendum. Tripliciter est homo insufficiens ad subsistendum. Primò, quia secundum verbum Greg. esse omnium quæ de nobis sunt in nihilum cederet, nisi ea omnium author manu regimini retineret. Secundo, quia non est sufficiens defendere se ab hostibus suis, imò à demonibus citò perimeretur, nisi à Domino protegeretur. Thre. 3. Misericordia Domini, quia nõ sumus sumpti